

*pensè solliciti, sanctiora canonum iura temperare consueverunt, ut Principum votis indulgenter annuerent, si quando grandiores jacturas, sumptus que immensos ad opera publica confienda, collatis ex Ecclesiæ patrimonio subsidiis, aliqua ex parte compensari efflagitarint.*

*Hinc certis quibusdam conditionibus à felicis recordationis Gregorio Papa Decimotertio Praedecessore Nostro per Apostolicas Litteras diei decimaeoctavae Julii anno millesimo quingentesimo septuagesimo nono constitutum praefertur, ut Regio Aerario tribueretur quidquid in Hispaniarum Regnis, et insulis Canariis ad Decimas, et ad Primitias Novalium accresceret ex ubertate agrorum quos, aquis conrivatis, amnibusque in utiliores cursus contortis, et deflexis, Hispaniarum Reges perferrendos cur assent, salvas tamen Ecclesiis, Monasteriis, Commendis, Hospitalibus, Prioribus, Rectoribus, Beneficiatis, aliisque quibuscumque personis relinquendo Decimas, et Primitias antea respectivè possessas, illarum rationibus per triennium supputatis, annoque sterili cum fertili compensato: ac subinde felicis pariter recordationis Benedictus Papa Decimusquartus Praedecessor item Noster, aliis Litteris Apostolicis datis die decimatertia Julii anno millesimo septingentesimo quadragesimo nono eidem Regio Hispaniarum Aerario, statis quibusdam legibus, perpetuo addixit incrementa reddituum, et novas proventuum accessiones, ac Decimas et Primitias etiam Novalium, quae tūm ex rivorum deductione, tūm ex nova haberentur cultione regionum, quae cum anteā fuissent asperae, vel montuosae, veribusque, ac dumetis vestitae, aratro posteā grandi pecunia perstrictae, jugisque subactis, ac substractis marginibus, fertilitate in posterum, et fructuum copiā commendaarentur.*

estado y beneficio de los pueblos, han acostumbrado atemperar las sagradas disposiciones canónicas, para poder acceder benignamente á los deseos de los Soberanos, cuando estos han pedido se compensasen en alguna parte con los subsidios sacados de los bienes eclesiásticos las crecidas pérdidas é inmensos gastos originados por las obras públicas.

Con este motivo se dice haberse dispuesto por el Papa Gregorio Decimotercio, de feliz recordacion, Predecesor nuestro, bajo ciertas condiciones, y en virtud de unas Letras Apostólicas del dia 18 de Julio del año 1579, que se asignase al Real Erario todo el aumento que en los reynos de España é Islas Canarias tuviesen los Diezmos y las Primicias de los Novales, por la fertilidad de los campos que los Reyes de España hubiesen procurado beneficiar ó mejorar por medio de regadíos, y de una mas útil dirección de las corrientes de los ríos; bien que deixando salvos á las Iglesias, Monasterios, Encomiendas, Hospitalares, Priors, Párrocos, Beneficiados y cualesquiera otras personas los Diezmos y Primicias que antes respectivamente poseyeron, hecha la cuenta por un trienio, y compensado el año estéril con el fértil: y posteriormente el Papa Benedicto Decimocuarto, tambien de feliz memoria, y asimismo Predecesor nuestro, en virtud de otras Letras Apostólicas, expedidas el dia trece de Julio del año mil setecientos quarenta y nueve, igualmente con ciertas condiciones aplicó perpetuamente al propio Real Erario de España los aumentos de rentas y nuevos acrecentamientos de productos, y juntamente los Diezmos y Primicias, aun de los Novales que en adelante se obtuviesen, así á beneficio de los regadíos, como de la roturación ó nuevo cultivo de los terrenos, que habiendo sido antes incultos ó montuosos, y cubiertos de espinas y abrojos, reducidos despues, no sin